





VII
MASSANI
GRAMMAT
50
K6
46
S. L.
ET A














GASPARIS MASSANI DE RATIONE BREVITATIS SVAE PRAEFATIO.


E Grãmatica præcipiẽdo aliquid / ubiq; semp breuitatẽ secuti sumus: ne adolescẽtes: dum ad alias disciplinas properant: diutius preceptis multiplicibus remoremur: Et illis presertĩ: quæ et si multa opera atq; labore didicerint: alis tamen facultatibus occupati / eo℞ pleraq; obliuioni tradũt. At siqui forte fuerĩt: qui tantũ grãmaticã litterasq; latinas uoluerint profiteri: Id neq; breuitate nostra: neq; aliorũ regularũ sarcinulis poterunt adipisci: nisi iactis grammaticæ fundamentis mox se se ad legendos auctores contulerint. Itaq; operæ pretium esse duxi ex prolixitate nimia resecare: aut quæ minus necessaria uidebantur: aut quæ melius apud ipsos auctores poterant lectitari. Maxime uero cũ ob librorum copiam atq; uilitatem. Vbiq; Priscianum. Vbiq; Gelium: Diomedem: Seruium: Vbiq; Quĩtilianum: Aliosq; bonos reperias. E quibus



ueluti ex ipso fonte tantum haurire poteris: quã
tum ipsi animo tuo libuerit. Idq preterea impri
mendũ curaui: Non qđ ex eo sperarem quæstũ:
aut nomẽ: Sed adductus quorũdã precibus ami
corum: quos iam tantæ ꝓlixitatis ptesum erat.
Idq simul libẽter egi: ut illis aliquã ĩde possim
utilitatẽ afferre. qui noluerint in scholis sub pre
ceptore / in quid et quare: & quot: et quotennis
senescere. Pueri uero / quibus minime p ætatem
iudicio uti licet: memoriã utilius exercebunt / si
aut Maronis carmina: aut aliquid ex tot Cicero
nis opibus memoriæ demandabunt: quibus uiri
tandẽ & in foro & insenatu grauiter uti possint.
Non dubito tamen fore / qui nostrã hanc ĩdustri
am dãnent: meq nimis ausum fuisse dicant: quo
rum si ego calũnias timuissem: non hoc ꝓfecto
subiissem onus. Nõ. n. quid de hac re hoĩes iu
dicaturi essent: Sed quid utile foret cõsideraui.
Verꝝ una mihi spes tandẽ relicta ẽ: hoĩes bonos
& qui sine pturbatione id ipsum iudicare uolue
rint: non me damnatum ire. Inuidos uero et qui
mentiri uolent: aliud in ore promptum: aliud
clausum in pectore habituros.

GASPARIS MASSANI GRAMMA
Ticales regule incipiunt.

Itera est minima atq; indiuisibilis pars. uocis compositæ. Sunt autem literæ apd latinos Viginti: Videlicet A.b.c.d.e f.g.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.u.x. Ex quibus sunt uocales quinq; Videlicet.a.e.i.o.u. Ex his enim fiunt diphthõgi. Est autem diphthongus conglutinatio duarum uocaliũ in eadem sillaba uim suam seruantiũ. Sunt aũt apud latinos quatuor. Duæ quæ scribuntur et non proferuntur: Videlicet.ae: et oe. ut poetae & moenia. Duæ uero & scribuntur & pronuntiãtur: uidelicet: au & eu: ut Audio et euristeus. Reliquæ uero literæ: quia simul sonant cũ uocalibus/ cõsonantes dicuntur. Ex quibus sex semiuocales/ sic dictæ/ quod a uocalibus incipientes et desinentes in se/ similẽ fere uocalibus sonũ hñt. Sunt aũt/ l/ m/ n/ r/ s/ x. Ex his liquidæ tres. uidelicet/ l/ n/ r quæ post mutas in eadẽ sillaba positæ/ sillabam precedentẽ/ si breuis fuerit: cõmunem faciunt. Mutæ uero nouem. Videlicet/ b/ c/ d/ f/ g/ K/ p/ q/ t/ Sic dicte: quod a se ipsis ĩcipiẽtes desinãt in uocales. H. non litera ẽ: sed aspiratõis nota. y/ uero & z/ nõ latinas literas: mutuamur a græcis. Duplæ sunt duæ/ uidelicet/ x/ & z/ uim. n. hñt duaꝝ cõsonantiũ. Ex literis fiunt sillabæ

Est.n:sillaba ɔprensio literarum cōsequēs sub uno accentu et spiritu prolata: ut: Ga. Quāuis una quæq; uocalis sillabam faciat. Ex sillabis. n. fit dictio: quæ est minima pars orationis cōpositæ: Ut Gaspar. Ex dictionibus autē fit oratio: quæ ē cōueniēs dictionū ordinatio/ ɔgruū pfcāmq; sētentiā demōstrās: ut: Gaspar legit Priscianu.

PARTes uero orōis sunt octo. Quatuor declīabiles. Videlicet/ Nomen: Pronomē: Verbū: atq; participiū. Quatuor quæ non declinantur. S. Præpositio: Aduerbiū: Interiectio & Coiūctio

NOMEN ē pars orōis declinabilis substantiā ꝓpriā uel cōmunē significās: uel qualitatē cum casu. Cui accidūt sex/ Videlicet. Spēs: Genus: Numerus: Figura: Casus: & declinatio

SPETies noium sūt duæ. Primitiua: quæ a nullo deriuatur: ut: Rus: Mons: Iulus. Ager. Deriuatiua quæ a suis primitiuis deriuatur: ut Rusticus: Montanus. Iulius: Agrestis: cū similibus.

NOMina alia ꝓpria Vnius: ut Gaspar & Roma. Alia apellatia multorum: ut: homo & ciuitas Genera nominū sunt septē: quæ aut p tres uoces diuersas: aut p tres articulos dignoscuntur: Sunt enī articuli tres. Hic masculini generis signum Hæc feminini: Hoc neutri: hic et hæc cōmunis

Hic et hæc & hoc Omni :Hic uel hæc īcerti:ut hic deus: hæc uirtus: hoc celū: hic et hæc uirgo Hic uel hæc dies. Epicæni uero generis sunt animalia quæ p sexum non cognoscuntur. Vt hic passer: hæc aquila: hic mus: hic lepus: hæc mustela: hec dama: preter gallus et gallina Columbus et columba. NVMeri nominū sūt duo Singularis ut homo: Pluralis ut Hōies
FIGVre nominū sunt tres: Simplex ut prudēs: Composita ut imprudens: Decōposita ut imprudentia. cum similibus
CASVS Nominum sunt sex Ntūs Gtūs Dtūs Accusatiuus Vtūs & Ablatiuus.
Declinatōes noīum sunt quinq;. Prīa cuius gtūs singularis desinit in/ae diphthōgū: ut Poeta huius poetae. Secūda in.i. pductū: ut deus huius dei. Tertia in is correptū: ut pater huius prīs Quarta in us uel in u pductū: ut manus huius manus: et Cornu huius cornu. Quinta in ei diuisas sillabas: ut Dies huius diei
EST Aūt duplex nomē/Substātiuū & adiectiuum. Substātiuū nomē ē qd p se aliquid significat: Vt deus et hō: et declinatur punū articulū et unam uocem: ut hic deus. Vel p duos ad plus Vt hic & hæc homo.

Adiectiuum nomen est: qđ ꝑ se nihil significat: ut albus et fortis: et declinatur per tres diuersas uoces: ut bonus a um: uel per tres articulos hic hæc hoc coniũctim uel diuisim: ut hic et hæc et hoc felix. et hic et hæc fortis et hoc forte. Et concordatur adiectiuũ cũ substantiuo in genere numero et in casu: ut Deus omnipotens: Virtus æterna. Celum uolubile.

Relatiuũ nomen est / qui quæ quod / refert. n: antecedens: cui conueuit in tribus. In genere. s. numero & ꝑsona. ut ego puer qui lego: Tu puella quæ legis: illud animal qđ legit: et sic ĩ plurali.

DE PRONOMINE

Ronomen ẽ pars oratõis declinabilis: ꝓ noĩe posita. Cui accidunt Septem. s. Spẽs Genus Numerus: Figura: Persona: Casus: et Modus Spẽs ꝓnoĩum duæ: primitĩa et deriuatiua. Spẽi Primitiuæ ꝓnoĩa sũt octo. s. ego: tu: sui: ille: iste ipse: hic et is. Deriuatiue uero sunt septẽ: meus tuus: suus: noster: uester: nostras: et uestras. quæ deriuantur a trium primitiuoꝝ genitiuis

Genera ꝓnoĩum quinq;. masculinũ: ut meus: Femininũ / ut mea: neutrũ / ut meum. cõe / ut nrãs: Omne: Vt: ego: tu: sui.

Numeri ꝓnominum / duo. Singularis Vt ego:

Pluralis Vt nos

FIGVre pronominum tres. Simplex: ut: Is: Cõposita / ut Idẽ. Decõposita: ut Identidem: quasi idem et idem geminata compositione

PERSOne ꝓnominum sunt tres: Prima ut ego Secunda: ut Tu. Tertiæ uero persone sunt cætera nomĩa et ꝓnomĩa: exceptis uocatiuis omnibus personæ secundæ

Casus ꝓnoĩum sunt sex ut in nomine

MODI Pronominũ sunt quatuor. Pronoĩa primi modi sunt tria. s. Ego: Tu & Sui: quoꝝ gtũs et dtũs in / i / ut ego mei mihi: tu tui tibi: sui sibi Pronoĩa secundi modi sunt quinq;: s: ille: iste: ipse: hic: et is: quoꝝ gtũs desinit in: ius: et dtũs in: i: ut ille illius illi: cũ cæteris: Excipe huic qđ assumpsit: c: cã differentiæ / hui / interiectõis Pronoĩa tertii modi sunt quinq;: S: meus: tuus: suus: noster: et uester: quorum masculina et neutra secundæ sunt declinationis. Feminina uero primæ: Sicut adiectiua noĩa triũ uocum: Vt bonus a um. Pronoĩa quarti modi sunt duo: s: nostras nostrate: et uestras uestrate: quæ secuntur tertiã declĩatõem noĩum: ut nostras tis: sic urãs urãtis: Sũt igitur ꝓnoĩa quĩdeci: quoꝝ quatuor hẽnt utũm: s: tu meus: noster: et nostras

DE VERBO

Erbum ẽ parſ oratõiſ declinabilis cũ modis et temporibuſ actionẽ uel paſſionem ſignificãſ. Cui accidũt octo. ſ. Genus tempus: moduſ: Spẽſ: figura: numerus: perſona: et coniugatio.

GENEra uerboꝝ ſunt quinqꝫ: Actuũ: Paſſiuũ Neutrũ: Cõmune: et Deponens: ut patebit cum de uerborum conſtructõe tractabitur

Tẽpora uerboꝝ ſũt quiqꝫ. preſenſ: pretũm ĩpfectũ: ptũmpfectũ: ptũmpluſq̃ pfctũm: & futurũ.

MODI Verboꝝ ſunt quiqꝫ: ĩdicatĩus: ĩperatĩus Optatĩuſ Subiũctiuus & Infinitiuus

SPETies uerborum ſunt duæ: Primitiua ut lego: Deriuatiua: ut lectito

Figure uerborũ ſũt treſ. Simplex ut horreo: Cõpoſita. ut exhorreo: Decõpoſita: ut exhorreſco:

NVMeri uerboꝝ ſunt duo: Singularis: ut amo aſ at. Pluraliſ: Amamus tis ant

PERSone uerboꝝ ſunt tres: prima quæ de ſe loquitur: ut ego lego: et noſ legimuſ. Secunda ad quã prima loquitur: Vt tu legiſ: et uoſ legitiſ. Tertia de qua prĩa loquitur: ut ille legit: et illĩ legũt: et ſic oẽſ mõi finiti pſonaliũ uerboꝝ hẽnt duos nũeroſ et treſ pſonaſ ĩ utroqꝫ nũero. Infini

ta uero: et ip̄sonalia p̄sonis caret et numeris

COniugatões uerborũ sũt quatuor: Prima quæ in secunda persona presentis indicatiui modi: habet / a / ante / s / & ante ris: Vt amo as & amor ris Secũda hẽt e ante / s & ante ris / ut doceo ces doceor eris. Tertia hẽt. i. breue ante. s. et e breue ãte. ris. ut lego. gis: legor ris. Quarta hẽt. i. lõgũ ante. s. & ante ris Vt audio dis: audior ris.

ANOMala uero sunt quattuor. s. Sum Volo Fero & Edo: quæ non secuntur regulam alicuius coniugationis.

DEFECtiua sunt quatuor similia: s. Odi: Noui Cæpi & Memini. Sunt et quæ aliter deficiant Vt Daris & Faris: Carent namq; prima positõe Non enim inuenitur Dor neq; For. Defectiua quoq; dicuntur hæc: quæ non habent nisi has uoces: uidelicet. Forem fores foret & fore. Sic Inquit & inq̃: licet inueniatur inquio inquis: qđ et in multis deficit. Infit tãtũ dicitur. i. loqui incipit. Cedo: i. dic unicã uocẽ hẽt. Aio is. it. aiebã bas. bat. Quæso nõ hẽt nisi quesumus. Faxo. i. faciã hẽt faxis xit & xint: Apage. i. tace. Apagete tacete. Sic salue saluete & saluere tantum dicimus.

Et ntũs cũ uerbo concordatur in numero et in ꝑ sona: Vt ego amo: tu amaſ: ille amat. Sic in plurali: Noſ amamus: uos amatis: illi amant

DE PARTICIPIO

PARTicipiũ ẽ pars orõis declinabilis ptẽ nõis ptẽ uerbi capiẽs: de quo in ſequentibus ſuo loco tractabitur

DE PREPOSITIONE

Prepoſitio eſt pars orõis non declinabilis quæ preponitur aliiſ partibuſ per appoſitionẽ: Vt ad tẽplum: uel per cõpoſitionem: ut adduco: Cui accidit caſuſ tantũ: actũſ et abltũs

PREPOSITIONES SERVIENTES actõ

Ad	a	Extra	fuori
Apud	apreſſo	Inter	in mezo
Ante	dinanzi	Intra	dentro
Aduerſus		Infra	diſotto
Aduerſũ	contro	Iuxta	allato
Cis		Ob	per cagione
Citer		Pone	dopo
Citra	diqua	Per	p & p mezo
Circum	intorno	Prope	apreſſo
Circa	circa	Propter	per cagione
Contra	contro	Secundum	ſecondo
Erga	inuerſo	Poſt	dopo

Trans		Circiter	intorno
Vltra	dila	Vſq;	inſino
Preter	īfuor che	Secus	
Supra	ſopra	Peneſ	allato

ABLATIVO

A	ab	Pro	ꝑ amore et īſcābio
Abſ	da	Pre	dināzi & ariſpetto
Cum	con	Sine	
Coram	ī preſētia	Abſq;	ſanza
Clam	dinaſcoſo	Tenus	inſino
De. E. ex.	di de	Palam	paleſe

VTRIQVE CASVI

In	in nel	Super	ſopra
Sub	ſotto	Subter	diſotto

COMPOSITE TANTVM

Di Diſ Re Se An Con:
Digero: diſrūpo: refero: ſeꝑo. āputo: ꝯfero

DE ADVERBIIS.

Aduerbium ē parſ oratōis non declinabiliſ. quæ ſtat iuxta uerbum et ſemꝑ īnititur uerbo. Cui accidunt tria. Spetieſ: ſignificatio. et Figura.

SIGNIFICATIONIS LOCI
IN LOCO

Vbi	doue	Illhic	cola
Hic	qui	Iſthic	coſti

Ibi	quiui	Vbilibet	ĩ ogni luogo.
Alibi	altroue	Vbicunqꝫ	
Vbiqꝫ	ĩ ogni loco	Vbiubi	douunqꝫ
Sicubi	ſe in alcu	Vſq̃	ĩluogo alcũo
	luogo	Nuſq̃	ĩ neſſun luogo
Necubi	acciochе ĩ	Intuſ	dentro
	neſſũ loco	Foriſ	fuori
Alicubi	inqualche	Inferiuſ	Giu
	luogo	Superiuſ	Su
Vbiuiſ	ĩ ogni loco	Ibidem	quiui medeſimo

AD LOCVM

Quo	doue	Quouiſ	inogni luogo
Huc	qua	Quocũqꝫ	a qualunche
Illhuc	colà		luogo doue
Iſthuc	coſta	Quolibet	doue ti piace:
Eo	quiui	Intro	dentro
Alio	altroue	Foraſ	fuori
Siquo	ſe ĩ alcũ luogo.	Peregre	fuor di paeſe
Aliquo	a qualche loco.	Supiuſ	ſu & diſopra
Nequo	acciochе a	Inferiuſ	giu & diſotto
	neſſun luogo	Longe	diſcoſto

DE LOCO

Vnde	didonde	Illhinc	di cola
Hinc	di qua	Inde	di quiui
Iſthinc	di coſta	Aliunde	daltronde.

Sicunde	ſe dalcuno luogo	Vndecunqꝫ	di qualun che luogo
Necunde	acciochе da neſſũ luogo	Intuſ	di dentro
		Foriſ	difuori
Alicũde	di qualche luogo	Superiuſ	di ſu
		Interiuſ	di giu
Vndeuiſ	dogni	Delõgiquo	dilungi
Vndelibet	luogo	Exꝓpinquo	dipreſſo

PER LOCVM

Qua	perche uia o luogo	Siqua	ſe per qual che uia
Hac	ꝑqueſta uia	Aliqua	per qual che uia
Illhac	ꝑquella uia		
Iſthac	per coteſta uia	Qualibet	per ogni uia
		Quauiſ	per ogni luogo
Ea	ꝑquella uia		
Alia	ꝑaltra uia	Quacũqꝫ	per ogni luo go pel quale
Nequa	acciochе ꝑ neſſuna uia		

VERSVS LOCVM

Surſum	in ſu	Illhorſum	in cola
Deorſum	in giu	Iſthorſum	in coſta
Dextroſũ	aman ritta	Retrorſum	indrieto
Siniſtrorſũ	amã mãca	Introrſum	indentro
Horſum	in qua		

VSQVE AD LOCVM

Quousq; isin doue Illhucusq; insin cola
Hucusq; insin qui Eo usq; insinla
Isthucusq; insin costi

ETMPORIS

Hodie: heri: nunc: nuper: cras: aliquando: olim
tunc: quondam: iam: semper: cum similibus

NEGANDI.

Non: nihil: nec: neq;: haud: minime: nequaq̃.

DVBITANDI.

Forsan: forsitan: fortassis: fortasse.

EVENTVS Forte fortuitu

PROHIBENDI Ne

PERSONALIS

Meatim: tuatim: suatim: nostratim: uestratim:

QVALITATIS.

Bene: male: docte: pulchre: fortiter: gnauiter:
strenuæ cum similibus

COMPARANDI

Magis: minus: plus: tam: et q̃: prius: fortius cũ
huiusmodi.

SVPERLATIVI

Maxime: Doctissime: Optime

CONGREGANDI

Simul: Vna: Pariter.

NVMERI

Semel:biſ:ter:quater:millies:totieſ:quoties:
iterum:rurſus:ſæpe:cum ſimilibus.

REMISSIVI

Paulatim:pedetentim:fere:uix:ferme:

ELIGENDI Potius immo

SIMILITVDINIS

Quaſi:ceu:ſic:ſicut:ſicuti:ueluti:uelut:ita:
Vt:uti:utpote.

OPTANDI Vtinam.Oſi:Amen

VOCANDI Heus:O

DEMONSTRANDI En ecce

DIMINVTIVI Clanculum Belle

ORDINANDI

Inde:deinde:deinceps:continuo:iterum:inte
rea:preterea.

IVRANDI

Edepol:Caſtor:Hercle:Mediuſfidius

INTENTIVI

Prorſus.Penitus.Omnino Valde nimium

DISCRETIVI

Secuſ:ſeorſum.ſeparatim:bifariam:trifariam:
multifariam:ſingulatim.Cum ſimilibus

QVANTITATIS.

Multũ:paꝝ:nimiũ:maxīe:ſatis:tantũ:quãtum

HORTANDI

Eia: age: agite: sodes: amabo. quæso.

INTERROGANDI

Cur? Quare? Quid? Quamobrem?

AFFIRMANDI

Profecto: Quippe: Videlicet. Quidni

DE INTERIECTIONE

INTeriectio est pars oratõis ĩdeclinabilis: quæ interiacet cæteris partibus in oratione: Cui accidit significatio tantum;

SIGNIFICATIONIS DOLENTIS

Heu: Hei: Hiu: Ve

ADMIRANTIS	Pape
RIDENTIS	Ha ha he
GAVDENTIS	Euax
EXCLAMANTIS	Proh. o.
EXPAVESCENTIS	At at
BLANDIENTIS	Euge
IRRIDENTIS	Vah: oh: cro
COMMISERANTIS	Ah

DE CONIVNCTIONE.

CONiunctio ẽ pars orationis ĩdeclinabilis: quæ coniungit cæteras partes orationis. Cui accidũt Speties. Figura. & Ordo.

SPETIEI COPVLATIVE

Et:ac:at ast:q;:quidem:quoq;:neq;:tum:sed autem:nec:uero:uerum:atq;.

CAVSALIS VEL EFFECTIVAE

Quia Quoniam:nam:nanq;:enim:ideo:q;

COLLECTIVE

Igitur:itaq;:ergo:qua ꝓpter:iccirco:quãobrẽ eo

ADVERSATIVE

Quãuis:licet:q̃q̃:si:et si:ẽtsi:tamẽ:nihilominus.

ADIVNTIVE

Vt:si:quæ adiũgũtur subiũctiuis cũ dubitatõe

DVBITATIVE An:ne.num:utrum.

ABNEGATIVE.

Si.nisi. Vt uenirem si liceret per imbres:uel nisi timerem hostes.

CONTINVATIVE

Quando:qum:postq̃:si:quia:ubi:si significẽt ordinem rerum in consequentia cum dubitatõe Vt si stertit/dormit

SVBCONTINVATIVE

Quãdo.si.ubi.postq̃.qum.si significẽt ordinẽ reꝝ in ꝯsequentia sine dubitatione: Vt quando sol ẽ sup terrã dies ẽ:et si ãbulat mouetur.

DISIVNCTIVE

Vel.seu.siue:aut.quãdo unũ eẽ:et alteꝝ nõ eẽ significãt:ut Aut est dies:aut nox:aut sanus aut

gere. Sed si idē esse significat uel utrunq;. Subdisiūtiue dicuntur: ut deus siue iupiter: Et ille semper uel legit uel scribit.

DIMINVTIVA

Quæ diminutionem significant/ Vt Saltem

APPROBATIVA

Quæ rē affirmat: Vt eq̄dē merui: nec deprecor.

DISTRIBVTIVA

Quæ diuersis diuersa distribuunt: Vt ego legā. Tu uero scribes. Ille autem dormiet.

EXPOSITIVE

Idest/ uidelicet. scilicet.

Ordines coniunctionum sunt tres: Prepositiuus. Subiunctiuus et Comunis.

Præpositiui ordinis coniunctōis sunt. Ac. At. Ast. aut. uel. nec. neq;. si. quin. quatenus. sin: seu siue. Ni.

Subiunctiui uero ordinis/ sunt. ue: ne: q;: quidā quoq;: aūt: uero. Ex his tres sunt Encleticæ. i. inclinatiuæ: quia trahunt ad se accentū præcedē tis sillabæ: sunt enim: ue: ne: q;: ut legisne? putasne: dixitq;. cōmuniterue.

Coīs ordinis reliquæ sunt: quæ et preponi et supponi possunt in ordine orationis.

DE CONSTRVCTIONIBVS Verbo℞.

DE VERBIS ACTIVIS.

actum simplex



Ctiuum uerbum est quod desinit in o ut amo et doceo : Et facit ex se passiuũ p additõem R ut amo amor. Lego: legor. Et a pte ãte regit nominatiuũ psone agẽtis. A parte post hẽre potest acctũm significantẽ hominẽ: Quanuis non semp habeat talem acctũm. Nã dicius magister docet discipulum : Et ego amo uirtutes : et uideo celum : Et sunt septẽ speties actiuorum: Vt patebit.

P Rima spẽs actiuoꝝ construitur cũ ntõ a parte ante psone agentis: et acctõm a parte post persone patientis : Vt discipulus legit letionẽ: Etultra accusatiuum non regit aliũ casum : et sunt hæc et huiusmodi. Per

Amo	as	aui	atum	Amare
Diligo	gis	exi	ctum	uoler bene
Video	es	di	sum	uedere
Aspicio	cis	exi	ctum	
Conspicio	cis	exi	ctum	sguardare

Fero	fers	tuli	latum	
Porto	aſ	aui	atum	
Baiulo	aſ	aui	atum	portare
Gero	riſ	eſſi	eſtũ	ſoſtenere et portare
Scribo	biſ	pſi	ptum	ſcriuere
Voco	aſ	aui	atum	chiamare
Pello	iſ	pepuli	lſum	
Expello	iſ	puli	lſum	ſcacciare
Cogo	giſ	egi	actum	
Compello	liſ	puli	lſum	ſforzare
Moueo	eſ	oui	otum	muouere
Facio	ciſ	eci	actum	
Ago	giſ	egi	actum	fare
Linquo	quiſ	liqui	o	laſciare
Relinquo	quiſ	liqui	lictũ	abandonare
Cupio	piſ	iui	itum	
Opto	aſ	aui	atum	deſiderare
Congero	iſ	eſſi	eſtum	
Congrego	aſ	aui	atum	raunare
Reficio	ciſ	eci	ectum	
Reparo	aſ	aui	atum	
Inſtauro	aſ	aui	atum	rifare
Quæro	riſ	ſiui	ſitum	
Veſtigo	aſ	aui	atum	cercare
Inuenio	niſ	eni	entum	trouare

Inueſtigo	aſ	aui	atum	
Reperio	riſ	eri	ertum	trouare
Fugio	giſ	gi	itum	fugire
Acquiro	iſ	ſiui	itum	acquiſtare
Paro	aſ	aui	atum	aparechiare
Pario iſ peperi ptum partorire et aquiſtare				
Augeo	eſ	auxi	auctũ	accreſcere
Apparo	aſ	aui	atum	mettere in pũto
Cognoſco	ſciſ	oui	itum	cognoſcere
Agnoſco	ſciſ	oui	itum	ricognoſcere
Expecto	aſ	aui	atum	aſpectare
Iugulo	aſ	aui	atum	ſcannare
Hec tria defectiua ſunt ut dicetur in neutris				
Noui	iſti	it		cognoſcere
Cepi	iſti	it		cominciare
Odi	iſti	it		hauere in odio
Fallo	iſ	fefelli	falſum	
Decipio	iſ	epi	ptum	ingannare
Metuo	iſ	ui	o	
Timeo	eſ	ui	o	
Formido	aſ	aui	atum	temere
Contemno	iſ	pſi	ptum	
Sperno	niſ	ſpreui	tum	
Negligo	giſ	xi	ctum	ſprezare
Finio	iſ	iui	itum	finire

Perficio	cis	eci	ectum	
Abſoluo	uis	ui	lutum	finire
Mitigo	as	aui	atum	placare et
Placo	as	aui	atum	quietare
Iuuo	as	iuui	iutum	
Adiuuo	as	ui	iutum	aiutare
Guberno	as	aui	atum	
Adminiſtro	as	aui	atum	
Curo	as	aui	atum	gouernare
Lego	gis	egi	ctum	leggere
Laudo	as	aui	atum	lodare

Et ſimilia

SEcunda ſpẽs actiuorũ poſt actũm cõſtruitur cum gtõ uel abltõ ſine prepoſitione : Vt Magiſter gaſtigat diſcipulos neglig̃etie et negligentia. Et ſunt hec Per

Impleo	es	eui	etum	
Compleo	es	eui	etum	empiere
Emo	is	emi	ptum	
Comparo	as	aui	atum	comperare
Vendo	dis	didi	ditum	
Venundo	das	dedi	datũ	uendere
Reuendo	dis	di	itum	riuendere
Redimo	is	emi	ptũ	riꝺpare et riſcattare
Eſtimo	as	aui	atum	eſtimare

Facio cis eci actum per estimare
Pendo dis di sum pesare et stimare
Loco as aui atũ appigionare et allogare
Conduco cis uxi ctũ torre apigione et afitto
Et in his quæ significant pretium: pretium ponitur ĩ genitiuo si sit adiectiuum solum: ut magni: parui: multi. pluris: minoris: tanti: quãti cum similibus. Sed si addatur substantiuũ pone pretiũ in ablto sine prepositione: ut Magno pretio uel decẽ aureis. Sed cum hoc uerbo. S. Estimo: dicimus Estimaui te magno pretio et magni pretii cum gtõ et ablatiuo
Castigo as aui atum
Reprehendo dis di sum riprendere
Arguo is gui gutum cum parole
Culpo as aui atum incolpare
Damno as aui atum biasimare
Condẽno as aui atum condennare
Accuso as aui atum accusare
Incuso as aui atũ dolersi del supiore
Mulcto as aui atũ cõdennare ĩ denari
Insimulo as aui atũ infamare atorto
Increpo as aui atũ sgridare et riprẽdere
Et in his predictis quæ significant accusationẽ seu reprehensionem: peccatum ponitur in Ctõ

et in ablatiuo indifferenter: Vt tu accusasti illum furti uel furto: et sic de similibus

acquisitiua

Ertia species actiuorum post accusatiuũ construitur cum datiuo: Vt Magister declarat lectionem discipulis: Et sunt hec:

Do as dedi atum
Tribuo is bui butum
Impendo is di ensum dare
Confero fers tuli latum conferire
Infero fers tuli latum dare male
Vt tu intulisti illi uulnus: iniuriã: dãnum:
Subiicio cis eci ectum
Subigo gis egi actum
Suddo dis didi ditum sottomettere
Dono as aui atum donare
Prebeo bes bui bitum dare uolõtario
Refero fers tuli latũ raccõtare et raportare
Precipio is epi ptum
Iubeo bes ssi ssum
Impero as aui atum comandare
Impartio tis tiui itum distribuire et dare
Scribo bis psi ptum scriuere
Recipio pis epi ptum riceuere
Aperio ris rui peritũ aprire.

Resero as aui atum per aprire
Dico cis xi ctum dire
Ostendo dis di sum uel tum mostrare
Declaro ras aui atum dichiarare
Explico as aui atum spiegare et suilupare
Indico as aui atum dimostrare
Lego as aui atum mandare ībasciadori
Vnde Legatus legati lombasciadore
Lego as aui atum lasciare in testamento
Vt Ego legabo tibi bouem uel agrum: i: relin
quam tibi in testamento: Et legatum legati: res
ipsa quæ reliquitur: uulgo: il lascio
Commendo as aui atum raccomandare
Commodo as aui atum prestare
Et comodamus ea quæ eadem restituuntur: Vt
comodabo tibi uestem: librum: seruum: equū
et similia
Mutuo as aui atum prestare
Sed mutuamus ea quæ eadem non restituuntur
Vt pecuniam: uinum: triticum et similia quæ
cōstant numero pondere et mensura: quod neu
trum est et ī usu parū apud auctores: Dicimus
enim: do tibi mutuo pecuniā: et accepi mutuo
Mutuor uero deponēs ē et significat accattare ī
prestanza: ut mutuabor pecuniam ab amicis.

Inuideo eſ di ſum ꝑ hauere ĩuidia
Vt liber pampineas inuidit collibuſ umbraſ:
Reddo diſ didi itum rendere et fare:
Dicimus Reddam te ſapientem .i. faciam
Promitto tiſ ſi ium
Spondeo deſ ſpopondi ſum promettere
Dicimus etiam Recipio tibi hoc: i: promitto
Mitto tiſ ſi ſſum mandare
Deſtino aſ aui atum deputare
Prodo diſ didi itum ſcoprire ſecreti
Reſtituo iſ ſtitui tum reſtituire
Prohibeo beſ bui itum
Inhibeo beſ bui bitum
Veto aſ aui atum uietare
Prepono niſ ſui ſitum
Antepono niſ ſui ſitum mettere et man
Prefero ferſ tuli latum dare innanzi
Accōmodo aſ aui atum adattare
Incōmodo aſ aui atum ſcōciare et noia
re: Et ſimilia

Varta ſpecies actiuorū poſt actūm regit aliū accuſatiuum ſignificantem rem non perſonam: Vt Magiſter docet diſcipulos grammaticam: Et ſunt hec

Doceo ceſ cui ctum inſegnare

Moneo nes nui itum auisare
Peto tis tiui itũ domandare di grã
Posco scis poposci o domandare di ragione
Postulo as aui atum domandare
Flagito as aui atũ domãdare cõ ĩportunita
Cælo as aui atum nascondere
Rogo as aui atum
Oro as aui atum pregare
Interrogo as aui atum domandare d
Consulo lis lui ultum cose dubie
Hæc quæ secuntur possunt esse quarte et quinte spetiei
Calcio as aui atum calzare
Discalcio as aui atum scalzare
Vestio stis iui itum
Induo duis ui utum uestire
Exuo uis ui utum spogliare
Cingo gis xi ctum cignere
Recingo gis xi ctum scignere
Dicimus enim Vestio te palliũ et pallio: et tu calciasti me caligas et caligis.
Vinta spẽs actiuoꝝ post actũm regit ablatiuũ sine prepositione: ut magister ornat discipulos bonis artibus: Et sunt hec
Orno as aui atum

Exorno	aſ	aui	atum	honorare et
Decoro	aſ	aui	atum	Ornare
Spolio	as	aui	atum	ſpogliare
Onero	aſ	aui	atum	caricare
Aggrauo	aſ	aui	atum	aggrauare
Premo	iſ	ſſi	ſſum	priemere
Exonero	aſ	aui	atum	ſcaricare
Leuo	aſ	aui	atum	
Alleuio	aſ	aui	atum	allegerire
Imbuo	iſ	bui	butum	
Impleo	pleſ	eui	etum	empiere
Euacuo	aſ	aui	atum	
Exhaurio	riſ	ſi	ſtum	uotare
Farcio	ciſ	rſi	rtum	inſaccare
Alo	liſ	lui	altum	
Nutrio	triſ	iui	itum	
Paſco	ſcis	paui	paſtũ	paſcere
Educo	aſ	aui	atum	alleuare
Munio	iſ	iui	itum	fortificare
Cibo	aſ	aui	atum	dare mangiare:
Poto	aſ	aui	atum	dare bere
Pingo	giſ	xi	ctum	dipignere
Inficio	ciſ	eci	ectum	tignere
Inquino	aſ	aui	atum	imbrattare cor
Maculo	aſ	aui	atum	rõpe et machiare

Tego gis exi ectum
Cooperio ris rui ertum coprire
Satio as aui atum
Saturo as aui atum satiare
Verbero as aui atum
Percutio tis ssi ssum battere et
Cædo dis cecidi cesum percuotere
Ferio ris percussi sum
Vulnero as aui atum
Saucio as aui atum ferire
Recreo as aui atum ricreare et confortare
Fulcio cis lxi ltum apūtellare et sostenere
Lacto as aui atum dar poppa
Extinguo is xi tum
Interimo is emi ptum uccidere &
Occido dis cidi sum amazare

Exta spēs actiuorū post actūm regit ablatiuū cū prepositōe a uel ab ex uel de: Vt discipulus audit lectōem a magistro: Et ego sumo exemplum de te. Et sunt hec

Audio is iui itum udire
Ausculto as aui atum ascoltare

Et hec duo possunt esse neutra secundae spetiei cum datiuo a parte post: Vt ego audio uel Ausculto tibi. i. Obedio

Separo	aſ	aui	atum	
Segrego	aſ	aui	atum	
Seiungo	iſ	xi	unctum	
Diuido	diſ	ſi	ſum	ſpartire et diuidere
Amoueo	eſ	oui	otum	
Semoueo	ueſ	oui	otum	
Remoueo	ueſ	oui	otum	
Seiungo	iſ	xi	unctum	
Alieno	aſ	aui	atum	diſcoſtare
Auerto	tiſ	ti	ſum	et alienare
Intelligo	giſ	xi	ctum	
Percipio	piſ	pi	ptum	intendere
Accipio	piſ	epi	eptum	
Recipio	piſ	epi	eptum	riceuere
Capio	piſ	epi	aptum	piglare
Eripio	piſ	pui	eptum	liberare
Exigo	giſ	egi	actum	riſcuotere
Quæro	riſ	ſiui	itum	domandare
Abigo	giſ	egi	actum	ſcacciare
Diſco	ſciſ	didici	o	imparare

Eptima ſpeties actiuorum poſt ſe non habet accuſatiuum: ſed infinitũ loco accuſatiui: ut Neſcio fallere: Opto uiuere cũ ſimilibus Pauca uero dtũm hẽnt ꝑ re patiẽte: ut

Inuideo tibi Iubeo illi: Recipio uobiſ: Poſſumuſ tamen addere accuſatiuum: Vt inuideo tibi ueſtem. Iubeo illi hanc rem: Recipio uobiſ operam meam: et ſunthec huiuſmodi

Spero	aſ	aui	atum	per ſperare
Deſpero	aſ	aui	atum	deſperare
Scio	ſciſ	ſciui	ſcitũ	ſapere
Neſcio	ſciſ	ſciui	ſcitũ	non ſapere
Puto	aſ	aui	atum	penſare
Cogito	aſ	aui	atum	far penſiero
Exiſtimo	aſ	aui	atum	
Credo	iſ	didi	itum	
Duco	iſ	xi	ctum	Credere et
Autumo	aſ	aui	atum	penſare
Cupio	iſ	iui	itum	
Deſidero	aſ	aui	atum	
Opto	aſ	aui	atum	deſiderare
Interdico	iſ	xi	ictum	uietare et ĩterdi

re: Sic enim dicimuſ. Interdico tibi aqua et igni: Et tu interdictuſ eſ aqua et igni: et igniſ et aqua interdicta eſt tibi: Et interdictum eſt tibi aqua et igni: impersonaliter

Impero	aſ	aui	atum	p ſignoregiare
Iubeo	beſ	ſſi	ſſum	comandare
Benedico	ciſ	xi	ctum	benedire

Maledico cis xi ctum maledire
Hec duo cum accusatiuo actiua sunt: et sic habent passiuum: ut Benedico te. Tu benediceris a me: Cum datiuo neutra sunt secunde speciei: Vt Benedico tibi:

Assiuum uerbũ est / quod in or desinens descendit ab actiuo per additionem: R sicut Amor ab Amo. Et a parte ante regit nominatiuum persone patientis: Et post se regit ablatiuum cum a uel ab persone agentis: Vt discipulus docetur a magistro: Et tot sunt species passiuorum / quot sunt actiuorum: et oia passiua post abltĩm regũt casum quẽ uerba actiua post actĩm: Vt ego doceo te grãmaticã: Tu doceris a me grãmaticã: Castigo illũ furti uel furto: passiue: Ille castigatur ame furti uel

Amor	ris	tus sum	essere amato (furto
Emor	ris	ptus sum	essere comperato
Tribuor	ris	butus sum	essere dato
Doceor	eris	ctus sum	essere insegnato]
Spolior	aris	atus sum	essere spogliato
Audior	iris	itus sum	essere udito
Inuideor	eris	sus sum	essere inuidiato

Vt ego inuideo tibi. passiue. Tu inuideris a

me: Sic ego iubeo tibi: tu iuberis a me: Interdico tibi aqua et igni: Tu interdiceris a me aqua et igni. Dicimus etiam/ Capre pascuntur siluas et siluis. et ego pasco capras: et ille pascit animum pictura. Et plura huiusmodi. quæ apud auctores comperies.

Eutrum uerbum est illud quod ut plurimũ terminatum in. o. Non facit ex se passiuũ per additionem R Nec habere potest accusatiuum a parte post significantem hominem: Et sunt sex speties neutrorum: Vt patebit.

Rima speties neutrorum a parte ante regit nominatiuum persone patientis. Et a parte post construitur cum genitiuo. uel ablatiuo. Vt ego abundo diligentia: Et Memini lectionis.

Abundo	as	aui	atum	
Affluo	is	xi	xum	
Exubero	as	aui	atum	abondare
Careo	es	ui	tum uel cassum	
Vaco	as	aui	atum	mancare

Et dic Abundo uel careo pecunia. Nec dicas pecuniæ.

Egeo es ui sine supino
Indigeo es gui o hauer bisogno
Et in his duobus utimur gtō et abltō Vt egeo uel indigeo pecunie uel pecunia
Memini sti it per ricordarsi cum gtō et accusatiuo: ut memini lectionis et lectionem. Sed cum actō est tertiæ spetiei.
Satago gis egi actum per darsi noia et pensieri: et essere occupato: cum gtō: ut ille satagit rerum suarum.
Consto as stiti atum per costare
Et pone pretium ut dictum est in actiuis: Vt liber meus cōstitit magni uel parui: uel duobus aureis: ut dixīus in secunda regula actiuorum
Intersum es fui per apartenersi et essere utile: et hoc uerbū a parte ante habet nominatiuum uel infinitum loco nominatiui: et a parte post genitiuum: ut Vita honesta: se u honeste uiuere interest cuiusq₃: Sed in quinq₃ pronoībus. s. a me. a te. a se. a noi. a uo: Vtimur ablatiuo in genere feminīo: ut euitetur equiuocatio possessiuorum. s. mei. tui. sui. nostri. et uestri: Et dicimus: mea. tua. sua. nostra. et uestra. ut lo studio ouero lo studiare sa partiene a te et a me. Dic latine: Studium seu

ſtudere intereſt mea et tua: Et ſic de reliquis ut dicemuſ in imperſonalibus

Ecunda ſpecieſ neutrorum a parte ante cō ſtruitur cum nominatiuo perſone agentiſ: et a parte poſt cum datiuo perſone patientiſ: Vt diligentia diſcipuli placet magiſtro: et hec uerba acquiſitiua dicuntur

Placeo eſ ui itum
Libeo eſ ui itum piacere
Seruio iſ iui itum ſeruire et eſt ſeruorum
Inſeruio iſ iui itum ſeruire eſt amicorum
Obtempo aſ aui atum compiacere et an
Indulgeo eſ lxi ultum dare alle uogle
Vt ego indulgeo tibi: Per perdonare: ut Deuſ indulget peccatori: Vnde eſt indulgentia. pro clementia. Per attendere con tutto lanimo: Vt tu indulgeſ amori: et illi indulgent uino
Vaco aſ aui atum
Incumbo iſ bui itum attendere
Obedio iſ iui itum
Pareo eſ rui itum ubidire
Audio iſ iui itum fare a mo
Auſculto aſ aui atum do daltri
Vt ſi dixeriſ. Fa a mio modo: Dic latine: Audi mihi uel Auſculta mihi. Sic Fa quello che

ti dice il maestro: Audi uel Ausculta magistro

Hæreo	es	si	sum	
Adhæreo	es	si	sum	accostarsi et
Inhæreo	es	si	sum	appogiarsi:
Subuenio	is	ni	tum	
Succurro	ris	ri	sum	souenire soc

correrre et uenire amente

Displiceo	es	ui	itum	dispiacere
Assentio	tis	si	sum	acconsentire
Acquiesco	scis	cui	etum	et stare contento
Debeo	es	ui	itum	essere obligato:

Vt Io ti sono obligato: Ego debeo tibi: Sed cũ accusatiuo est actiuum: Vt Tu debes mihi pecuniam: et Aeneas debet Turnum Euandro

Prosum	es	fui	o	giouare
Noceo	es	cui	itum	
Obsum	es	fui	o	nuocere
Proficio	cis	eci	ectum	far fructo
Consulo	is	lui	ultum	consigliare
Satisfacio	is	eci	actum	satisfare
Benefacio	cis	eci	actum	far bene
Malefacio	cis	eci	actum	fare male

Presum es fui o essere sopra ĩ admistratõe:

Faueo	es	aui	autum	
Aspiro	as	aui	atum	fauoreggiare

Adſum eſ fui o eſſer preſente
Deſum eſ fui o
Deficio ciſ eci ectum mancare
Deficio uero cum accuſatiuo actiuum eſt. Et ſignificat abbandonare: Et habet paſſiuum deficior. Ouidius in epiſtolis. Deficior prudens artis ab arte mea
Contingo iſ tigi actum toccare in ſorte
Accido iſ di
Euenio iſ eni entũ interuenire
Succedo iſ ſſi ſſum riuſcire
Vt Il penſiero non te riuſcito. Dic: Conſilium non ſucceſſit tibi
Succedo iſ ſſi ſſum ſcambiare et entrare in luogo daltri ordinarie. Vt Sixtus ſucceſſit Paulo:
Succedo etiam ſignificat entrare ſotto: Vt ille ſuccedit tecto et umbræ
Liceo eſ cui itum eſſere lecito
Interſum eſ fui ſine ſupino per eſſere preſente Vt Tu non interfuiſti lectionibus noſtris
Obſiſto ſtiſ ſtiti atum contraporſi
Reſiſto ſtiſ ſtiti atum reſiſtere

Incumbo bis bui itum stare apogiato
Insto as stiti atum sollecitare
Vt magister instat discipulis tardioribus
Insisto is stiti atum
Intendo dis di tum far forza contro
Expedio is iui itũ essere necessario et utile
Quorum pleraq; pro ntõ interdum habent infinitum: nec icciirco sunt impersonalia: dicimus enim Studium / seu studere expedit mihi: Et uita seu uiuere placet uel displicet tibi: et iter seu ire contingit illi: Sic et in his actiuis: Iuuo et Delecto: Nam probe dicimus Lectio seu legere delectat, siue iuuat homines studiosos. Horatius: Me nec femina nec puer iã nec spes animi credula mutui: nec certare iuuat mero: Vbi certare infinitum pro nominatiuo ponit: ut in impsonalibus ostendemus.

transitiua

Ertia species neutrorum a parte ante habet nomĩatiuum persone agentis: et a parte post accusatiuum persone patientis: Vt Rusticus arat terram: Et hec uerba possunt habere passiuum in tertiis personis: ut Terra aratur a rustico: Sed caue dicas Ego aror: nec Tu araris: Nisi figurate loquaris: Et sunt hec:

Aro aſ aui atum arare
Frango giſ egi actum rompere et
Proſcindo iſ di ſſum ſpezare
Sero iſ ſeui atum piantare et
Semino aſ aui atum ſeminare
Fodio iſ odi oſſum zappare
Sulco aſ aui atum ſolcare
Meto iſ ſſui ſſum mietere,
Hæc meſſis ſſiſ la ricolta et mietitura
Trituro aſ aui atum battere allaia
Ventilo aſ aui atum nettare al uento
Cribro aſ aui atum uagliare
Vnde Cribum el uaglio
Molo liſ lui ulctum macinare
Excutio tiſ ſſi, ſſum ſtacciare
Excuſſorium rii lo ſtaccio
Pinſo ſiſ ſui iſtum far pane et impaſtare:
Piſtor ris el fornaio
Conſero riſ eui ſitum piantare
Inſero iſ eui ſitum inneſtare
Inſero iſ rui ſertum meſcolare et īframettere
Puto aſ aui atum potare
Puto aſ per penſare actiuum eſt
Pedo aſ aui atum palare le uiti:
Pedamentum pedamenti el palo b.ii

Sepio	pis	psi	septũ	far siepe intorno
Vindemio	as	aui	atum	uendemiare
Calco	as	aui	atum	pigiare
Recondo	is	didi	itũ	riporre et ibottare:
Condo	is	didi	itum	comporre et edi

ficare: ut condere uersus: et condere urbem

Condio	is	iui	itum	condire
Tero	is	triui	itum	
Contero	is	triui	itũ	loghorare et stropicciare
Intero	is	triui	itũ	pestare insieme
Vello	is	lsi	sum	suegliare
Eradico	as	aui	atum	sbarbare
Acuo	is	ui	utũ	apũtare et arrotare
Coquo	quis	coxi	ctũ	cuocere et ɔsumare
Comedo	is	edi	sum	
Edo	es	edi	sum	
Mando	is	andi	sum	mangiare
Bibo	is	bibi	itum	bere
Poto	as	aui	tum	bere molto
Pitisso	as	aui	atum	bere assagiando
Spuo	is	pui	o	sputare
Sorbeo	es	ii	ptum	inghiottire
Voro	as	aui	atum	ingoiare
Vomo	is	ui	itum	uomitare
Amputo	as	aui	atum	taglare in trõco

Excorio aſ aui atum ſcorticare
Euiſcero aſ aui atnm ſbudellare
Entero aſ aui atum ſparare
Pulſo aſ aui atum ſonare: et in ſtru
mētū pone in actō: ut ego pulſo organa et teſtu
dinē: nā in uerbo Sono aſ: inſtrumētū ponitur
in ntō: ut organa ſonant: et teſtudo ſonat: et eſt
neutrū Sono ſexti ordinis abſolutum. Sono aſ
quādo repreſentare ſignificat actiuū ē: ut uox
hominem ſonat Dicimus ēt ſono lira et teſtudie
hoc eſt canto ſuper lira et teſtudie. ut: Cithara
crinitus Iopas perſonat aurata:
Hæc uero que ſecuntur declinantur ut plurimū
in tertiis perſonis ſingularibus: quia ſemper ha
bent pro ſuppoſito Iouem ſiue deum: ut Hodie
fulminauit magnum fulmen: et pluuit magnos
imbres: et intellige: Iuppiter fulminauit et Iupi
ter pluuit: et ſunt hæc

Pluit	bat	pluuit	piouere
Fulminat	bat	uit	gittare ſaette
Tonat	bat	tonuit	tonare
Grandinat	bat	auit	piouere grādine
Ningit	bat	xit	neuicare
Corruſcat	bat	uit	balenare
Dieſcit	bat	ſine preterito	farſi di

Vesperascit bat aduesperauit farsi sera
Serenat bat auit farsi sereno
Et similia que non semper habent hunc construendi modum :. Nam apud Valerium atq; Liuium: Et carnibus et lapidibus pluisse reperies:

Varta spēs neutrorum a parte ante regit nominatiuum persone patientis et a parte post ablatiuum sine prepositione uel accusatiuū cum ob uel propter persone agentis: Ut magister gaudet discipulo diligenti: Et tu tabescis ocio uel propter ocium: Et sunt hec

Gaudeo	es	sus sum	o rallegrarsi
Doleo	es	lui itum	dolersi
Mæreo	es	sine preterito et supīo piāgere	
Caleo	les	lui	o diuentare caldo
Frigeo	es	gui	o diuentare freddo
Nigreo	es	grui	o diuentare nero
Rubeo	es	bui	o arrossire
Albeo	es	bui	o diuentare bianco
Palleo	es	lui	o impalidire
Vireo	es	rui	o diuentare uerde
Rigeo	es	gui	o interigiarsi
Tumeo	es	ui	o
Turgeo	es	gui	o gonfiare

Torpeo	es	ui	o
Pigreo	es	gui	o impigrire
Macreo	es	ui	o diuentar magro
Pingueo	es	ui	o ingrassare
Splendeo	es	ui	o
Fulgeo	es	xi	o risplendere
Superbio	is	biui	itum diuentar superbo
Egreo	es	ui	o infermare et ē animi
Egroto	as	aui	atū infermare et ē corporis
Frondeo	es	dui	o mettere le foglie
Tabesco	scis	tabui	o intisichire
Areo	es	rui	o seccarsi
Madeo	es	ui	o bagnarsi et īmollarsi
Humeo	es	mui	o inhumidirsi

Humeto uero cum accusatiuo construitur: et ē actiuum

Vinta species neutrorum: que a quibusdā neutra passiua dicuntur: quia in uoce actiua passiuam habent significationem et cōstructionem: A parte ante construuntur cum nominatiuo persone patientis: et a parte post cum ablatiuo cum a uel ab persone agentis sicut uerba passiua. Vt tu uapulasti a magistro: et Lepidus exulauit a senatu: hic sunt hæc

Vapulo	as	aui	atum essere battuto

Exulo	as	aui	atum	essere sbandito:
Veneo	es	iui	num	esser uenduto
Nubo	bis	psi	ptum	esser maritato
Fio	fis	fcũs	sum	esser facto
Liceo	es	cui	itum	esser stimato:

Vt tu parui licebis a me. i. astimaberis

Hæc dicuntur neutropassiua: quæ in preteritis perfectis et inhis quæ descendunt ab eis habent supletionem participii et uerbi substantiui: sicut uerba passiua

Gaudeo	des	sus	sum	rallegrarsi
Fio	fis	factus	sum	esser facto
Soleo	es	litus	sum	solere et esser uso
Audeo	es	sus	sum	hauere ardire
Fido	is	sus	sum	fidarsi

Quæ uerba et diuersarum sunt spetierum: et diuerse construuntur. Vt Gaudeo diuitiis/ a deo fiunt omnia: Audeo res magnas: uel Audeo pugnare cum hoste: Soleo legere: Fido tibi uel te illi uel illo

exta species neutrorum a parte ante habet nominatiuum persone agentis. et post se non regit casum: quia sunt absoluta: Vt discipuli ludunt in scolis/ Vbi magister cessat foris: Et sunt hec

Sto aſ ſteti ſtatū ſtare et ſtar ritto
Maneo eſ anſi o ſtare fermo
Conſiſto iſ ſtiti o
Siſto iſ ſteti o fermarſi
Siſto uero ſtatui ſtatutum per fermare
actiuum eſt
Siſto ſiſtiſ ſtatui ſi tranſeat atq; ſtatutum
Sed ſi non tranſit dicito ſiſto ſteti
Sum eſ fui o
Exiſto tiſ extiti o eſſere
Viuo uiſ xi ctum
Dego giſ egi o uiuere
Vigilo aſ aui atum uegliare
Dormio iſ iui itum dormire
Sedeo eſ edi eſſum ſedere
Quieſco ſciſ cui etum
Requieſco ſciſ eui etum riposarſi
Iaceo eſ cui o iacere
Cubo baſ bui itum dormire
Excubo baſ bui itum far la guardia
Accumbo biſ bui itum porſi et ſedere a
Diſcumbo biſ bu itū tauola et mãgiare
Recūbo biſ bui itum giacere apogiato giu
Recubo baſ baui atu giacere uolto in ſu:
Sterto tiſ ſterti o ruſſare

Oſcito aſ aui atum ſbadiglare
Screo aſ aui atum ſpurgarſi
In his et aliis quæ ſignificant ſtatum in loco: lo cus ponitur in genitiuo aduerbialiter: Si fuerit nomen propriū loci et ſimplex prime uel ſecunde declinationis ſingulariter declinatum: ut Bononia. Roma. Florentia. Piſtorium: Mediolanum: Patauium: ut ego fui rome bononie florētie: Dormiui Mediolani: piſtorii: patauii: Sed ſi locus fuerit tertiæ decliationis uel pluraliter declinetur: Sicut Carthago: Tibur: Neapolis: Auinio Piſæ: Senæ Venetiæ Athenæ Thebæ: Pone locum in ablatiuo aduerbialiter: Vt ego habitaui Carthagine Tibure Neapoli Auinione. Et ſtudui Piſis Senis Venetiis Athenis ſeu Thebis. Nomina uero locorum compoſita Sicut Petraſancta: caſtrumfrancum Forum uetus. Nomina apellatiua: Sicut: Vrbs oppidum Templum Ager Forum.
Nomina regionum. Sicut Italia: Gallia: Hiſpania Germania Græcia Aſia Egyptus
Nomina prouinciarum: Sicut: Tuſcia: Flaminia Apulia Liguria
Nomina inſularum. Sicut Sicilia: Creta. Rhodos Delos Sardinea

ponantur in ablatiuo cum prepositione in: Vt ego fui in petra sancta: in templo: in italia: ĩ lyguria: in Rhodo seu Sicilia / nominaliter:
Dicimus etiam Fui apud Cesarem: Cænaui apud Pompeium: et expectaui te apud forũ seu portam. Dic tamen: Ego ero domi: Tu eras militiæ et iacebas humi / aduerbialiter: Sic et ruri in datiuo: et non rure. quanuis sint apellatiua: tamen ponũtur ueluti propria et simplicia

Eo	is	iui itum	andare
Pergo	is	prexi tum	andar uia
Ambulo	as	aui atum	andare aspasso
Propero	as	aui atum	andare infretta
Migro	as	aui atum	andare a stare
Comigro	as	aui atum	andare con la fa

miglia: Vt. Frater meus comigrauit Romam seu Neapolim

Ascendo	is	di sum	salire
Nauigo	as	aui atum	nauigare
Transfreto	as	aui atũ	passare p mare
No	nas	naui natum	
Nato	as	aui atum	notare
Volo	as	aui atum	uolare
Volito	as	aui atum	suolazare
Curro	is	cucurri sum	correre

In his uero et aliis significantibus motum ad locum: locus ponitur in accusatiuo aduerbialiter si fuerit nomen proprium loci et simplex: ut Ego ibo Romam: Et tu iuisti Neapolim seu Venetias: Sed apellatiua Composita Nomina regionum: prouinciarum: insularnm ponantur in accusatiuo cum ad uel in: ut Tabellarius ꝓperat in Galliam seu in liguriam: Et ego uado in uel ad forum uetus: ad templum: ad agrum cum similibus. Dic uado ad magistrum ad patrem ad equum cum ad. Sed aduerbialiter dicas Eo domum Rus Militiam atq; humũ: Si uero dixeris. Ibo in militiam ad domum ad Messanã ad Romam / stant nominaliter: et reguntur a suis prepositionibus. sine prepositionibus uero ponuntur aduerbialiter: Ut supra

Venio	nis	eni	entnm	uenire
Redeo	des	iui	itum	
Remeo	as	aui	atum	
Reuerto	tis	ti	sum	tornare
Abeo	is	iui	itum	
Discedo	dis	ssi	ssum	
Recedo	is	ssi	ssum	partirsi
Descendo	is	endi	ensum	discendere
Labo	as	aui	atum	cadere giu ꝑ terra

Cado iſ cecidi ſum cadere
In his et aliis quæ ſignificant receſſum de loco locus ponitur in ablatiuo aduerbialiter ſi fuerit nomina propria urbium uel oppidorum: ut Venio Roma. Tibure: Piſiſ: Mediolano cum ſimilibus. Cetera uero ponũtur cũ prepoſitõe a: ab: e: ex: de: ut ego diſceſſi ex gallia Venio ab urbe: a ſenatu: a magrõ. Dic tamen / uenio rure Domo: Militia : Humo aduerbialiter ut ſupra
Tranſeo iſ iui itum paſſare
Et locum per quem ponimus in ablatiuo aduerbialiter ut ſupra: Vt tranſiui ſenis: Venimus agro Reatino: dicimus et per agrum Reatinum. per urbem cum prepoſitione. Dic etiam tranſiui Arnũ: et tranſnaui Tyberim: qui accuſatiui reguntur a prepoſitõe tranſ .i. iui tranſ arnum: naui tranſ Tyberim
Peragro aſ aui atum cercare paeſi: ut Alexander pagrauit oẽm aſiã cum accuſatiuo.
Sibilo aſ aui atum fiſchiare et zufolare
Himnio iſ iui itum anitrire et eſt equi
Latro aſ aui atum abbaiare
Rudo iſ di itum ragghiare
Garrio iſ iui itum cicalare
Ceſſo aſ aui atum badare in uano

Et alia huiusmodi quæ sine casu posita a parte post / dicuntur sexte spetiei : Sicut Caleo : Frigeo : Horreo cum similibus

Studeo es dui o studiare et attẽdere :
Et hoc uerbum potest esse secunde et tertie spẽi nã dicimus studeo philosophiã et philosophie :

Caueo es caui cautum sicurare o per dare sicurta . Neutrum est secunde spetiei : Vt si dixeris : Io ti prestero danari se tu mi sicuri prima : Dic latine Argentum mutuabo tibi / si prius mihi caues : Vnde Cautio la sicurta .

Caueo es caui autũ guardarsi
Et dicimus Caue illum et ab illo . et caue tibi et caue cadas et caue ne cadas

Valeo les lui litum ualere
Et pretium ponitur in accusatiuo : ut liber tuus ualet multum : parum : uel decem aureos : Vtimur tamen duobus genitiuis . s . tanti et quanti : Vt res tanti ualet quanti uendi potest : In cæteris pone pretium in accusatiuo

Valeo les lui itum potere
Et in hoc dicimus tantum et quantum : ut Nulla uis tantum ualet / quantum ualet patientia

Viuo is xi ctum uiuere
Et dicĩus Nestor uixit tertiam ætatem : figurate

idest uiuendo egit tertiam ætatẽ: Et sic Tertia ætas uiuitur idest uiuendo agitur.

Redoleo les lui itum gittare buono odore: ut Tu redoles unguenta et unguentis: et cum actõ et abltõ: Est enim quarte spẽi: et intelligitur prepositio propter. Sic dicimus doleo casum tuum: et doleo mortem filii

Hec uero defectiua dicuntur: quia non habent nisi ea que formantur a preteritoperfcõ: cũ sensu tamen presentis et imperfci tẽporis: ut io mi ricordo della lectione: Dic Memini lectionem Io mi ricordauo: ego meminerã. Io mi ricorderò: Ego meminero: cum futuro subiũctiui: Seruiũt suis et alienis temporibus: Et sunt hæc quatuor: Memini: quod est neutrum et construitur cum gtõ et actõ. Odi Noui et Cepi. Actiua sũt et cum actõ construuntur: Vt ego odi ꝓfanum uulgus: et Cepi magnũ opus: Vnde est participium significationis passiue: Ceptus ta tũ: incominciato Vt magister cæpit legere lectionẽ Et lectio cæpta est legi a magistro: idest iceqta

Sum es est multis modis construitur. Primo mõ Copulatiue: et tunc regit a parte post simi

les casus: Vt uirtus est etherna: et scimus deum esse omnipotentem. Secundo modo Possessiue et genitiuum regit a parte post: Vt haec domus est petri: et hic ager est romanorum. Tertio modo Acquisitiue: et datiuum habet: ut premium est uirtuti: et parua auctoritas miseris. i. uirtus habet premium: et miseri paruam habēt auctoritatem. Quarto modo Effectiue: Vt omnia sunt uoluntate diuina. Quinto modo cum prepositione: ut Dona haec sunt a Phedria: Et eras in foro: ad portam: seu apud Cesarem. Vltimo/ Absolute: Vt deus semper fuit: et semper erit. Dicimus etiam Tu es magno īgenio et magni ingenii cum gtō et abltō. Et ego sum curae superis: et tu fuisti mihi impedimento/ cum duobus datiuis

Omune uerbum est quod in or naturaliter desinens: actiuā et passiuam habet significationem et constructionem. ut Deus largitus est homini animum īmortalē. Actiue Animus imortalis largitus est homini a deo/ Passiue: et sunt decem huiusmodi.

Largior	iris	itus sū	donare esser donato
Experior	iris	ptus sū	prouare esser prouato

Veneror ariſ atuſ ſũ honorare eſſer honorato
Moror ariſ atuſ ſũ ĩdugiare eſſere ĩdugiato
Oſculor ariſ atuſ ſum baciare eſſer baciato
Hortor ariſ tuſ ſũ cõfortare eſſer cõfortato
Criminor ariſ atuſ ſũ ĩcolpare eſſer incolpato
Amplector eriſ xuſ ſũ abraciare eſſer abraciato
Interpretor ariſ atuſ ſũ exporre eſſere expoſto
Hoſpitor ariſ atuſ ſũ abergare eſſer abergato:
Que quidẽ uerba his duobuſ uerſibuſ ɔtinẽtur
Largior experior ueneror moror oſculor hortor
Criminor amplector ĩterpretor hoſpitor adde

eponens uerbum eſt illud quod inOr natu raliter deſinenſ/ Vnam tantum ſignifica tionem retinet actiuam uel paſſiuam: Vt Orior et ſequor: Et ſunt ſex ſpeties deponentiũ quae ſecuntur conſtructionem uerboꝝ neutroꝝ.

Rima ſpetieſ deponentium a parte ante cõ ſtruitur cum Nominatiuo perſone patien tiſ: et poſt ſe uult genitiuum uel ablatiuũ Vt ego fungor officio meo : et deuſ miſeretur humani generiſ.

Vtor eriſ ſuſ uſare et adoperare:
Vt io uſero diligentia nel facto tuo.

Ego utar diligentia in re tua : Et tu poco adopi longegno nelle gran cose : Tu parz uteris ingenio in magn s rebus

Fruor erif fretus uel fruitus usare cō laīo et godere cose incorporee Vt io godo lamicitia de buoni: Fruor amicitia bonorum Tu ti godi el piacere della uilla : Tu frueris uoluptate ruris: Et fruemur deo inpatria beatorum: inest enī uoluptaf animi in fruendo

Fungor eris functuf usare magistrati et cose dobligationi : Vt se coloro equali usono emagistrati usassino el debito loro / eglino piu spesso adoperrebono le uerghe et lescure: Si illi qui funguntur magistratibus : fungerentur officio : sepius uirgis et securibus uterentur

Vescor erif sine supino mangiare o usare cose da mangiare : Vt Gliantichi non usauono lherba cruda. Prisci non uescebantur crudo olere : Sic uiuentes uescuntur aura

Potior tirif uel terif potitus usare et godere ꝑ occupatione: Vt Cesar potitus est imperio et ille potitur uxore inimici : Et potior potest esse tertiæ et quartæ coniugationis : sed in īfinito dic potiri et non poti

Abutor erif suf Vsare male etadoperare

arrouescio et per lo contrario: ut Tu abuteris in genio: pecunia: sermone latino
Defungor eris ctus finire Vt presto colui finira la uita: Ille mox defungetur uita .i. mori etur: Vnde Defuncti qui uita ecesserint: siue qui uitam terminauerint: et qui etiam negocia sua expediuerint penitus: Terentius. Defunctus iam sum nihil est ꝙ dicat mihi .i. Iam egi et expediui fabulas quas reprehendis
Misereor eris sertus hauere misericordia: et in hoc utimur gtō: Vt deus misereatur nostri dicitur: et nobis cum datiuo: licet raro
Dominor aris atus signoregiare: cum genitiuo: ut Guardati che la iniquita non ti signo regi: Caue ne dominetur tui iniquitas: Vtimur et datiuo. Virg. Victis dominabitur argis: et cū prepositione: Salustius Fortuna ī omni re dominatur Cicero tamen passiue dixit: O domus antiqua heu q̄ dispari dominaris domino:
Reminiscor eris sine supino
Recordor aris atus ricordarsi
Obliuiscor eris blitus Dimenticare
Et in his tribus utimur gtō et actō: Vt Vir bonus reminiscitur accepti beneficii: et acceptum beneficium: et obliuiscitur iniuriarū et

aquifinna

et iniurias : Sed cum actō est tertiæ ſpetiei.

Ecunda ſpeties deponentium conſtruitur a parte ante cum nominatiuo perſonæ agē tis: et a parte poſt cum datiuo perſonæ pa tientis : Vt Ego auxilior tibi : et medicor franci ſco: & ſunt hæc huiuſmodi

Auxilior arif atuſ aiutare

Opitulor arif atuſ porgere aiuto

Patrocinor arif atuſ aiutare iniudicio

Eſt enim patrocinari / patroni officium preſtare

Suffragor arif atuſ aiutare con uoce

Ouero con le faue: Vnde ſunt ſuffragia lifauori delle uoci ouero lefaue: ut Ilconſiglio mha abſo luto con tutte le faue nere : Dic : Senatus me ab ſoluit omnibus ſuffragiis. Et tu hai biſogno del le trentaſei faue: Latine dicas : Eſt opus tibi ſex et triginta ſuffragiis.

Adminiculor arif atuſ aiutare et ſoſtenere

Vnde adminiculum lappogiatoio : quemadmo dum pali ſeu pedamenta uitiū adminicula ſunt Vt ſi dixero. Elpiſello cerca doue appiccarſi : Dic Piſum querit adminicula ; et ſic de aliis.

Medeor eriſ ſine ſupino

Medicor ariſ catuſ medicare

Et potes dicere: Ego medeor uel medicor tibi et te cum actō : et tunc eſt tertiæ ſpetiei. Virg. ta

men usus est Medico cas in primo georgicorū
Semina uidi equidem multos medicare serētes.
Et nitro prius et nigra perfundere amurca:
Blandior iris ditus lusingare
